

IN TEXTUS POENITENTIALES,  
Quatuor Dierum Solemnium Precum,

ANNI 1679.

BREVES DISPOSITIONES HOMILETICÆ.

Die I. (d. 25. Aprilis)

CONCIO I.

*Paraf. Esaj. 1: 9.* Mala nostra comparanda malis populi Judaici. *Esaj. 3: 25, 26. Amos 2: 14-16. &c.* Impietas nostra licet in quibusdam diversa ab illa Sodomitica, vix tamen minor, *Esaj. 1: 10.* Ne autem quoad poenas, demum *simus ut Sodoma vel similes Gomorra.* *Rom. 9: 29.* in nomine Jesu, ad voluntatem Regiæ Majestatis, stabunt hodie pii in Ecclesia, pro patria nostra orantes, ut Abrahamus olim pro Sodoma. (*fiat exhortatio ad preces & poenitentiam.*)

TEXTUS, *Gen. 18. v. 20. usq. ad finem capituli.*

**E**xordium, *Amos 7: 4. 5. 6.* -- Han skulle förtära. Hebr. & *consumserat Abyssum magnam.* Ignis notat belli flammam, ut alibi sæpius, *Amos 1: 10. & 2: 5. &c.* Respondet huic visioni in eventu, deletio terræ Israël ex parte, *2. Reg. 15: 29. 1. Chron. 6: 25, 26.* Furor belli non tantum in abyssu, vires nostras maritimas absumpsit, sed & partem provinciarum exterarum abstulit, Deo ita jubente, quemadmodum hic vidit *Amos. conf. Amos 3: 6.* ideoque nos ut filii Abrahamæ in fide, *Rom. 4: 12.* cum Amoso in timore Domini, videamus mala *v. 4.* devotè illa deprecemur, *v. 5.* ut cum illo aliquam impetremus mali diminutionem, *v. 6.* Ex Textu nostro discamus

(Propositio) Processum Divinum in poenis irrogandis.

Votum, *Psal. 6: 2. 3. &c.*

Ex *Gen. 14. & 18. & 19.* aliqua dici possunt de Sodoma & Gomorra, vicinisque urbibus. Nunc processus circa poenam illarum attendendus.

I. DEUS inquisitionem pramittit. *vers. 20. 21.* ubi observand.

a. De quo inquit: de peccatis Sodoma & Gomorra clamantibus: Clamare dicuntur quævis peccata graviora. *Theras Synder dro ganska svåra!* Sic *Gen. 4: 10. Jer. 6: 7.* violentia, oppressio, superbia, &c. *Exod. 3: 7. & 22: 23, 27. 2. Reg. 19: 28. Habac. 3: 9-12. Syr. 35: 17. Jac. 5: 4.*

quorum clamor ad Deum tendit, quando ab hominibus non puniuntur, *Esaj. 5: 8. 9.* Divinam vindictam accelerant, *Jon. 1: 2.* *Apoc. 6: 10.* neque ea ulterius fert vel diffimulat Deus, *Act. 17: 30.*

(B) *Quomodo inquiri.* -- *sara nedh och see till ic. v. 21.* Certe auditus Dei non potest falli, nec opus habet Deus propius videndo, reddi certior, *Psal. 139: 2.* *Fer. 17: 9. 10.* Sc. sed modus loquendi (qui respectu essentia divinae, sine omni localitate intelligendus est;) ostendit, (1) *Dei longanimitatem*, *Rom. 2: 4.* (2) *Dei justitiam*, qui non sine causa nec temere punit, *Gen. 3: 8, 9.* *Et 4: 9. 10.* (NB. quanto magis circumspecti sint iudices terreni, *Job. 29: 16.*) (3) *Pena propinquitatem*, Deus dicitur descendere, quando peculiarem praesentiam admirabili opere ostendit, *Mich. 1: 3. 4.* eadem phrasid & notabilis eventus, *Gen. 11: 5. 7.* *Exod. 3: 7.* hic enim subsecutae plagae Aegyptiorum. Ac postquam Sodomitae nefando ausu & ardore, hospites Loti aggredi volebant, coram Deo & hominibus criminum suorum, ac pessimorum morum convicti erant, *Gen. 19: 4. 5.* *Rom. 1: 28. 29.* Sc.

*Ufus.* Si quispiam inter nos tam stupidi esset animi, quod existimaret peccata nostra nondum Deo cognita esse, *Esaj. 29: 15.* illi jam continuatis plagis diu Deus respondit ex *Psal. 50: 21.* Quot calamitates tot testes & ministri justitiae divinae. Revereamur Deum omniscium, *Sap. 1: 6. 10.* Depraedicemus ejus justitiam, *2. Chron. 12: 7.* Non contemnamus ejus longanimitatem, *Psal. 103: 8.* Sc. ut evitemus per poenitentiam mala, *Fer. 3: 12. 13.* Sc.

II. *Deprecationem admittit. v. 22--32.* Deus est exorabilis, & admiranda sapientia, hoc Sodomae exitium aperuit Abrahamo, ut ejus deprecatio, nostra esset institutio: & Dei benigna responsio, nostrum foret solatium, *v. 17. 18. 19.* *Rom. 15: 4.* *Notand.*

*α Admittens Deus:* divina hic sunt opera & nomina, *Jehovah. v. 13. 22.* & quia in forma ad tempus assumpta apparuit, *v. 2.* & iudex universi celebratur *v. 27.* Inde Patres & Doctores Orthodoxi de aeterno filio Dei visionem intelligunt, *conf. Job. 5: 21.* *Act. 10: 42.* *Et 17: 31.* Coram illo stetit Abraham; duo angeli versus Sodomam iverant, *v. 22.*

*β Deprecans admissus:* Abraham Pater credentium, *Rom. 4: 16.* amicus Dei, *2. Chron. 20: 7.* *Jac. 2: 23.* multis virtutibus clarus: hic imprimis conspicuntur (1) *Spes clementiae Divinae:* *v. 23.* *stond Dan 9: 9.* quae spes, erat ex vera fide in Deum optimum & potentissimum, *Gen. 15: 6.* *Hebr. 11: 23.* & ipse jam tum ex promissionibus, clementiae divinae gustum habuit, *Gen. 13: 2.* *Et 15: 1.* *Psal. 34: 9.* Sc. (2) *Veneratio divina*  
justi-

357  
168

justitiæ v. 25. quæ ut alias semper, ita maxime in pœnis irrogandis conspicitur. *Job. 8:3. Ezech. 18:4. 9. Rom. 3:5. 6. Sc. B. Luth. Tom. 9. Altenb. p. 484. Fuit oratio Abrahami valida & impetuosa; quæ gratiam Dei & condonationem, quæsi extorquere voluit, solet parcere, imo benefacere familie, urbi, regioni, propter unum justum. Gen. 30:30. & 39:5. & 41:38, 39. 2. Reg. 5:1. Solte denn GOTT nun seiner so gar vergessen! das er vmb sunftig gerechten willen/ nicht etwas lassen könnte? Ach Herr! ach lieber Herr! thue es nicht! das sey fenre von dir: verba ex imo pectore petita, quibus, lachryma & gemitus admiscebantur. Ast, nonne saepe pereunt pii in publicis calamitatibus? vid. *Ezech. 20:47. & 21:3, 4. Respond. Abrahamus vidit hic talem parari pœnam, quæ multorum exitium æternum involvebat, & ab hoc exemptos justos præprimis cupiebat, Psal. 26:6. Apud Ezechielem sermo est de iis qui ipsi falsò se pro justis habent, nam omnes a vera pietate defecerunt; Ezech. 22:18, 19. quod si paucissimi pii inter eos essent, vel beata morte antea abrepti, 2. Reg. 22:20. vel alias in calamitate servati, Jer. 39:16-18. vel illis nihil nocebant mala ista, Rom. 8:28. 35. 36. (3) Humilis subjectio. *Stofft och Afta v. 27. Gen. 3:19. cinis & pulvis, doloris ac pœnitentiæ signa, Josue 7:6 Jon. 3:6. Sc. verba illa non saltem excusationem includebant, sed & misericordiam impetrabant, Job. 10:9. Psal. 103:14. (4) Singularis compassio: plurima habemus teneri ac probi cordis in Abrahamo documenta, Gen. 13:8. & 14:13, 14. 23. 24. Sc. verum plane singularis ejus συμπαθεία in Sodomitas apud quos vixit Lothus, conf. Jer. 48:17. Syr. 37:15, 16. (5) Constantia in orando: sexies enim repetit petitionem suam, vel potius, toties repetendo, venerationis ac humilitatis affectum, ac clementiæ divinæ admirationem auget, dum numerum justorum minuere cogitur: observentur singula vers. 24. 28. 29. 38. 31. 32.***

γ. *Quousq; deprecatio admissa:* Sperabat Abraham plures Lothi concionibus conversos esse, 2. Pet. 2:8. ideo ut tanto minus detraheret justitiæ divinæ, ac condonationem facilius impetraret, primum supponit 50. justos in illis locis reperiri: postquam vero ex divino colloquio intellexit, tot ibi non esse, spe clementiæ divinæ devote precando, quinque numerum minuit, usque ad decem, v. 32. nec ultra progressus est. Vel enim putavit Abraham tot justos esse in familia Lothi, adeoque omnem illam regionē sic liberari; vel non pati divinam justitiā minorem numerum, Jer. 15:1. *Ezech. 14:14. 18. 20. vel si pauciores forent, eos inde ereptum iri: quod cum quatuor illis factum est, Gen. 19:16. quorum tamen peccata in eodem capite commemorantur,*

359.  
*Ufus.* Pio & gravi zelo monendi auditores, ut in hoc patriæ nostræ periculo, Deum clementem deprecetur ex *Psal. 80: 6c.* Exemplo suo docet Abraham, admitti deprecationem. Quamquam non eas habemus pietatis perfectiones, quas habuit ille vir Dei, tamen humili deprecatione ad pedes Dei devolvemur, (*Jac. 5: 17.*) Sed requiruntur in nobis ad imitationem Abraham, (1) *Fides viva*, *1. Chron. 6: 20.* *1. Tim. 2: 8.* *1. Job. 5: 14.* *Hebr. 10: 22, 23.* *Jac. 5: 16.* (2) *Veneratio justitia Diniæ*, *Esaï 9: 6.* *Dan. 9: 18.* inde horror incutiendus impiis, *Deut. 28: 58.* *seqq. 6c.* ad timorem vero filialem excitandi poenitentes, *Luc. 15: 18-21.* *Rom. 8: 15.* *Phil. 2: 12.* (3) *Humilitas*, *Mich. 6: 8.* *conf. Gen. 32: 10.* *Esaï 6: 5.* *Luc. 5: 8.* imprimis, quando Deus in his angustiis nos ut reos coram se sistit, *2. Chr. 7: 4.* *Nehem 8: 6.* *Luc. 18: 13.* (*NB durissimis dictis ac exemplis S:æ S:æ occasione editi Regij, contundenda sunt corda superba & secum, si forte è judicio induritionis eripi possunt.*) *conf. Nehem. 9: 10.* *Psal. 75: 5. 9.* *1. Reg. 21: 17.* *1. Reg. 13.* *Act. 12: 21.* *6c.* superbia crimen Diaboli, *1. Tim. 3: 6. 6c.* (4) *Charitas & compassio in proximum afflictum*, *1. Cor. 12: 26.* *1. Pet. 3: 8.* *Hebr. 10: 32-34.* non debemus augere onera, quando Deus onus satis grave imposuit, neve prorsus securi simus ac sine omni cura, in his procellis quas patitur Ecclesia, *Amos 6: 1-6.* *Zeph. 1: 12-14.* (5) *Constantia in precibus*, non saltem paucis horum quatuor dierum solemnium horis, in ædibus sacris, sed & extra eas diligenter orandum, *Luc. 18: 1.* *Rom. 12: 12.* *1. Thess. 5: 16. 6c.* Abrahamus domum rediens, absque dubio cum domesticis suis pie orabat, *Gen. 18: 19.* cujus orationis vis ostenditur, *Cap. 19: 29.*

III. *Quomodo DEUS poenam immittit.* Filius Dei in assumpta forma discessit, finito familiari colloquio, *v. 33.* curavit Lothum liberari, *Cap. 19.* & postea exitialem poenam in Sodomam & vicina loca effudit, *Cap. 19: 24. 25.*

*Ufus.* Observat B. Luth. in h. l. nondum plene elapsos fuisse 15. annos post cladem bellicam, quam à vicinis passi fuere Sodomitæ cum sociis, *Gen. 14: 10. 11.* nihilominus, viventibus adhuc & in vicinia degentibus quibusdam Patriarcharum, in tam horrenda flagitia prolapsum sunt, ut diutius illos non ferre potuerit Deus. Nondum plene absoluti erant 15. anni post prius bellum, A. 1660. finitum, priusquam nostro cum damno accensa ea belli flamma, quæ adhuc ardet. Ac quoniam hunc textum nobis proponi curat S:æ R:æ M:æ. Simul innuit (1) Nos non esse meliores Sodomâ & Gomorrâ, *Deut. 32: 32.* *Thren. 4: 6.*

NB.

353  
169

NB. Ezek. 16: 46-49. (2) Longanimitatem Dei nos adhuc invitare ad poenitentiam, *Matth. 11: 21. Luc. 17: 28. 29. 32.* & deprecationes, si forte unus vel plures, vel olim Abraham, stare velint in raptura ut iram avertant, *Ezek. 22: 30.* verum *Gen. 18: 22.* nenuria, de qua *Pf. 14: 3. 4.* (3) Quod nisi poenitentiam agamus, ut *Sodom. & Gomorra* peribimus, *Luc. 13: 3. 5. conf. Deut. 29: 23. Amos. 4: 11.* & forte peior nos manet poena, *Marc. 6: 11.* Ne cogitemus, apud nos esse Evangelium, inter nos esse aliquos pios, & ideo nihil mali nobis eveniet. Nam tanto major erit poena, quanto gravior Evangelii abusus, *Luc. 10: 11. 12.* Propter pios quandoque parceret Deus populo, *Esaj. 65: 8. Jer. 5: 1.* sed quando illi pauci sunt, & gens mensuram peccatorum suorum implevit, Deus impios perdit, pios autem liberat, ut Noachum e diluvio, *Gen. 6: 17.* Lothum e Sodomā, *Syr. 16: 9. Ec. conf. Esaj. 57: 1. 2. Jer. 45: 4. 5. 2. Pet. 2: 9.* Conclusio ex *Luc. 19: 42.* Votum ex *1. Reg. 18: 37.*

## CONCIO II.

*Parasc. Jer. 10: 24.* Oratio est Prophetæ nomine populi, Ex *Gen. 18.* audivimus de exitio Sodomitarum; nunc in textu altero de plagis Israelitis infligendis, agitur, Deum itaq; rogamus, velit recordari quod & nos populus ejus sumus, *Esaj. 27: 6. 7. 8.* ubi per ventum orientalem, intelliguntur hostes ex parte ad orientem habitantes. Ut mala evitemus & bona speremus, animo poenitenti considerabimus judicia Dei de nobis in verbo ejus, &c.

TEXTUS, *Levit. 26. v. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.*

**E**Xord. *Pf. 51: 6.* ubi sec. Hebr. verba ultima; *ut innocens sis in judicio* te. Conscientia peccati fatebatur David justa esse mala per Nathanem prænunciata. *2. Sam. 12: 10. 11. 12.* Justum deprædicavit Deum in verbo comminatorio, nec minimam in illo esse injustitiæ speciem, postquam peccatorem in judicio coram se stitit. *Job. 40: 1. 3.* Ne autem homines in horum temporum calamitatibus, vel Deum accusent, vel se nimis excusent: Rex noster pia intentione voluit nos altero statim textu doceri, quod horum annorum poenæ, per sententiam judicariam, jam ante 3000. annos, in codice legum justissimo latam, immixtae sint. In timore itaque Domini tractandum

(Propositio) De poenis quibus Deus populum suum castigat.

Votum ex *Psal. 119: 107, 108.*

Aj

Hic

354  
Hic *Levit. 26: a v. 1. ad 13.* jucundissimæ sunt promissiones: Verum iis populus Dei non potest frui, si non ambulaverit in statutis Dei, *v. 1.* proinde sequitur *v. 14.* dura adversaria *scd.* *Men om J icke ic.* quæ minæ continentur usque ad *v. 14.* initium earum habet textus noster.

I. *Pœnarum causse:* Deus semper bene facere cupit, *Psal. 145: 8. 9.* sic & hic beneficia præmittit. At peccata hominum justissimam ejus iram provocant, *Jer. 2: 19.* In textu proponitur gradatim ascendens malitia: (1) *Inobedientia, J icke hören mig!* *v. 14.* scaturigo omnium peccati, *Zach. 7: 13. Mal. 2: 2. Sc.* (2) *Negligentia mandatorum div. Och icke gören ic.* Ideo data Div. mandata, ut iis attendamus, ideo attendemus ut ea faciamus, *Deut. 4: 5. 5: 1. 32. 33. Jac. 1: 22. Sc.* Plena mandatorum impletio, secundum rigorem legis, est impossibilis, *Gal. 3: 21. 22.* at pii, fide Christum, qui legem implevit, apprehendentes, *Joh. 1: 12. Gal. 4: 4. Sc.* per spiritum ejus Deo grati vivunt, *Rom. 8: 3. 4.* (*vid. glossa Luth. ad Rom. 8: 1.*) Verum hic agitur de iis qui profus negligunt voluntatem Dei. (3) *Contemptus status. Div. Sbrachten!* *v. 15. 1. Sam. 2: 12. 30. Prov. 13: 13. 5: 28: 9.* (4) *Fastidium verbi div. förkast!* rectius transfertur sicut, *v. 43. Och eder Stäl hafver en Wämjelse til mina Rätter.* Verbum Dei cibus vitæ, *Joh. 6: 27.* dulcius melle, *Psal. 19: 13.* odor vitæ, *2. Cor. 2: 14.* sed illud fastidiunt impii ut rem foedam, *Deut. 7: 26.* cibum ingratum, *Num 21: 5.* ideo illis odor mortis fit, *2. Cor. 2: 16.* (5) *Violatio fœderis div. Mitt Sörbund eisbata.* Hebr. *Til at gidra til innet mitt Sörbund.* grave crimen est fœdus frangere, *Ezek. 17: 15.* gravius est, fœdus Dei irritum reddere. *Esaj. 24: 5.* gravissimum, quando id ideo fit, at the icke skulle göra något *Öfrans Bodh!* ut hic præcedit. Sub conditione obedientiæ in fœdus recepti erant, *Exod. 19: 5. 8. Sc.* ne eam præstarent; Deum, statuta ejus, fœdus solenniter ininitum, & sacra omnia contempserunt, *2. Reg. 17: 15. 19. Jer. 34: 18. Sc.*

*Ufus.* Instituat seriatim applicatio horum singulorum, secundum quemlibet ordinem, statum & ætatem, & ostendatur, quomodo in his vitiorum classibus continentur infinita peccatorum species, quæ apud nos causæ sunt pœnarum, *Deut. 28: 15.* Nos fœdus in baptismo ininitum, *1. Pet. 3: 21.* sæpe a parte nostra violamus, per pœnitentiam itaque renovandum. In hoc cap. *Lev. 26. v. 34. 35. 43.* peculiariter indigitatur violatio sabbati, vastitatis quiete puniendæ: Ideo ex hoc uno nostro vitio, sat habuisset Deus causæ justæ, cur tot in nos mala immitteret, *Nehem. 13: 17. 18.*

*Ezek.*

*Notatio sabbati.*

Ezek. 20: 13. & 22: 8. Nihil animæ salutarius, nec corpori gratius, quam secundum instituta Christianismi diem Domini sanctificare; & tamen illi optimi nunc volunt videri Christiani, qui norunt per prudentiam Oeconomicam minores labores, itinera, &c. rejicere in dies sacros, *Nehem.* 13: 15. ex æquitate Politica, violatoribus indulgere, (contra praxin, *Nehem.* 13: 19-21.) vel eos prætextu libertatis Christianæ, Theologicè excusare, *Ezek.* 22: 26. 28.

II. *Pœnarum gravitas*. Sæpius mala temporalia tribus classibus comprehenduntur *Jer.* 14: 12. *Ec.* In textu quoque illæ observantur (1) *Morbi*. vel animi, *terror*, *v.* 16. *Deut.* 28: 28. 29. vel corporis, *inflammatio*, *febris*. *Deut.* 28: 22. *consumptio oculorum* *1. Sam.* 2: 33. *sontabescencia corporis* (animæ) *Deut.* 28: 65. *Tbren.* 4: 8. (2) *Belli mala*. hostis sementem omnem perdet & consumet, *v.* 16. *Judic.* 6: 4. *homines prosterneat*, *slagne* *v.* 17. *subjugabit*, *râda öfwer eder* / *Psal.* 106: 41. *Fuga ex terrore panico*, *då ingen jagar* / *v.* 36. 37. *Job.* 15: 21-24. *Prov.* 28: 11. (3) *Fames* *v.* 19. *cælum ut ferrum*, non pluvia neque rore terram rigabit, *Deut.* 28: 23. *1. Reg.* 8: 35. *Terra ut as*, prorsus sterilis *v.* 20. Ut ne coli quidem possit, *Deut.* 11: 17. *Psal.* 107: 34. *Et omne robur vestrum frustra consumetur* -- *v.* 20. post sudores & labores, spinas & tribulos metent, *Jer.* 12: 13. Hæc dura satis in se, sed adhuc duriora redduntur, (a) quoniam a Deo irato, *iagh skal ställa mitt Ansichte emot eder* / quæ phrasis exterminationem notat, *Levit.* 20: 3. *Ezech.* 14: 8. *Amos*, 9: 4. 8. (ß) quoniam *augebuntur*, *Siu reesfor mehr* / *v.* 18. h. e. multis, certis tamen modis, gravius vos affligam; sic iterum *v.* 21. 24. 28.

*Ufus*: Sicut pœnæ causas in nobis agnoscimus, ita ejus gravitatem quoque experti sumus: attriti sumus bello; multi fame prioribus annis consumti: morbi contagiosi in quibusdam locis non rari, vel in posterum metuendi. Solet enim ista triga malorum juncta esse, nisi Deus nostra pœnitentia placatus fuerit. (*did. ex Deut.* 28: 20. *ubi tertio conicio hunc suum textum non tractat*)

III. *Pœnarum scopus* a Deo intentus; quamdiu populum in terra sua servat, & non plane abjicit. *2. Reg.* 17: 23. Sed adhuc vocat, *Esaj.* 65: 2. tam diu per pœnas castigare & emendare solet: fitque malum respectu pœnitentium; *castigatio paterna*, *Psal.* 34: 20. & 112: 7. *Hebr.* 12: 7. 9 respectu impiorum pœna. *Psal.* 34: 22. *Jer.* 12: 1. 2. 3. Respectu totius Ecclesiæ particularis, *emendationis medium*. *1. Reg.* 8: 46-50. Hic finis videtur alienus ab hoc textu, sed ibi illum latere probamus: (1) ex generali scopo malorum temporal. respectu

populi Dei *1. Reg. 8: 33, 35. 2. Chron. 31: 12, 13. Esaj. 26: 16. Hof. 5: 14, 15. 6: 1. Sc.* (2) ex hoc capite, *Lev. 26. v. 40, 41.* Illi nauſcabundi rejece-  
runt iudicia Dei *v. 15.* Deus in ira & eos abominatus eſt *v. 30.* at ſe-  
quitur pro pœnitentibus conſolatio, *v. 44. conf. Ezek. 39: 26. 28.* (3)  
ex ipſo textu, ubi (α) *Deemſſtia v. 16.* plagæ ſunt miniſtri execu-  
tionis juſt. div. *Conſtituti viſitatores,* ut ad obedientiam trahant.  
*Exod. 32: 34. Job, 7. 17. 18.* tempus viſitationis. *Luc. 19: 44.* (β) *Ell*  
*at näpſa/ v. 18.* eadem vox *Deut. 8: 5. 11: 2. Prov. 3: 11. 12. Sc.* (γ)  
*idra Högfärd - nederſlä/* Hebr. *ut fungam ſuperbiam roboris veſtri,*  
omne, in quo confiſſendo elati eſtis (*Nehem. 9: 29.*) diruam, ut veram  
diſcatis humilitatem, ac unice in veſtram felicitatem, quærat̄is à Deo  
auxilium *Jer. 3: 23-25. Apoc. 3: 17. Sc.*

*Uſus.* Initium facimus precum ſolemniū, pœnitenti animo de-  
preceſur omnia mala: & oremus pro Eccleſia, Rege, Patria, nobis-  
que ſingulis. Sed & ex iis malis, quæ hæcenus paſſi ſumus, mul-  
tum lucri ſic habebimus, ſi hunc a Deo intentum finem, vera pœni-  
tentia nobis reddimus ſalutarem, *Thren. 3: 17. 2. Maccab. 6: 13-16.* Si  
eum vel ignoramus vel contemnimus, etiam ſine afflictionibus ſumus  
infelices, at in illis magis adhuc miſeri, *Ier. 5: 3.* Verum ex verbo Dei il-  
luminati habeamus temporales aduerſitates pro medicina, *Esaj. 64: 5.*  
*Ezech. 33: 10. 11.* Concluſio ex *Esaj. 57: 15. 16.* Votum ex *1. Reg. 8: 57. 58.*

Die II. (d. 20. Junij)

CONCIO. I.

*Paraſc. Jer. 4: 14.* Non tam carnalis, quam ſpiritualis hic injun-  
gitur mundatio, *Esaj. 1: 16. Jac. 4: 8. Sc.* interna cordis, *Aſ. 15: 9;*  
*1. Pet. 1: 22.* *Iſraël Dabſtonet* ab impietate, immunditie peccati, *Pſal.*  
*1: 4. 9.* *Prov. 30: 12.* fugandæ ſtadelige Lähror/ Hebr. *Cogitationes va-*  
*nitatis,* de auxiliis vanis, *Jer. 2: 5. 37.* de perpetrandis malis, *Prov.*  
*6: 18.* *Esaj. 55: 7.* de rebus, quæ non adferunt veram conſolationem,  
ſed vel anxietatem, *Jer. 4: 15.* vel ſecuritatem, *Thren. 2: 14.* Neces-  
ſarium ſemper eſt ſpiritualis ejuſmodi mundationis mandatum, ſed ut  
ſit tanto efficacius & ſalutarius, ex præſcripto Regio proponendum ſi-  
mul hoc altero die ſolenni, præclarum ejuſ exemplum. quod ut in glo-  
riam Dei fiat, gratiam ejuſ imploramus.

TEXTUS, 1. SAM. 7. V. 6. 7. 8. 9.

Exord.



357  
171

**E**xord. *Psal.* 141: 5. ubi (α) *Ipsum desiderium*: Præ deliciis mundanis, benignam & tempestivam à justo correptionem cupit, *Prov.* 19: 25. & 27: 5. 6. (β) *Cautio*, *Ther skal wara* / *ic.* Hebr. *Oleum capitis ne invertat caput meum*, h. e. fac ô Deus! ne illo probi hominis zelo, qui est tanquam *oleum capitis*, per impatientiam abutar, neve id sine usu de capite meo defluere patiar, *Prov.* 9: 8. (γ) *Propositum*, *Ey tagh beDer* / *ic.* Adhuc oratione & spe defensionem tuam impetrare volo, contra inimicorum pravitates, *Psal.* 140: 3. Sic Israël salutariter correptus, *v.* 3. à Samuele viro justo, *1. Sam.* 3: 19. 20. in gravi periculo non habuit *aversum caput*, ut *Num.* 14: 4. sed *adhuc* ipsi & Samuel contra inimicos *ombant*, *v.* 8. 9. Habemus itaque

(*Propos.*) In Ecclesia Israëlita, veræ poenitentiae exemplum, *Votum Ex sine Orat. Manass.* *D. H. Erre-- wãrdigas Hielpa ofi* / *ic.*

*Mizpa*, ubi pium hocce negotium instituebatur, *v.* 5. erat urbs in tribu Benjamin, *Jos.* 18: 26. solennibus ejusmodi congregationibus celebris, *Judic.* 20: 1. *1. Sam.* 10: 17. *1. Macc.* 3: 46. Nomen significat *speculam*, ex qua custodes & vigiles, periculi avertendi causa prospiciunt, *Esaj.* 21: 6, 7, 8. Samuel fidelis Propheta, & inspector vigilans *Hebr.* 13: 17. In *Mizpa*, specula sua, *Habac.* 2: 1. de periculo monet, & è somno peccati populum excitat, *Eph.* 5: 14. ad veram poenitentiam; cujus observa

I. *Modum*: videlicet (1) *Solennis congregatio*; *Rommo tilhopal* ex vocatione Samuelis, *v.* 5. sic *Judic.* 20: 26. (2) *Effusio aquæ*: Sunt qui cum interprete Chaldaeo, nihil nisi *largam lachrymarum suffionem* hic intelligunt. Verum quoniam id aliis verbis propriis effertur, *v.* 2. & hic distincte dicitur aqua, primum *hauriri*, deinde *effundi*, tropica vocum acceptio, hic sine necessitate non est adhibenda: sed existimant plerique, (*Chemnitius, Gerhardus, Theologi Vinaricienses, Fridlieb. Danhawer, &c. &c.*) peculiarem fuisse poenitentiae ritum, hauriæ effusæque aquæ naturalis; cujus reddi possunt causæ, (α) Ut ostenderent sic se è corde confessiones & querelas, & ex oculis lachrymas fundere velle, *1. Sam.* 1: 14. *Pf.* 6: 7. *Jer.* 9: 1. *Thr.* 2: 11, 18. (β) Ut humili peccatorum confessione, isto symbolo agnoscerent, se dignos esse ejusmodi effusione in interitum, *2. Sam.* 14: 14. *Psal.* 79: 3. (γ) Ut significarent se optare talem peccatorum suorum abolitionem, *Hiob.* 11: 16. à Deo, *Esaj.* 43: 25. intuitu redemptoriæ effusionis, *Psal.* 22: 15. Hæc aquæ effusio Israëlitarum, facta dicitur *coram Deo*. Deus enim pecu-

liari præsentia gratiosæ gradu modoque, adest in piis congregationibus, *Judic. 11: 11. Psal. 82. 1. Matth. 18: 20.* (3) *Jejunium*; sicut de *Dagen* integro die cibo abstinebant, secundum legem, *Levit. 23: 32.* & morem, *Judic. 20: 26.* Corpus sic castigando, idonei magis reddebantur interioribus actibus pœnitentialibus, *Lev. 16: 29-31. Nebem. 9: 1. Sc.* (4) *Confessio pœnitens*; sicut *ther*: non dilata pœnitentia, sed in ipso illo loco & tempore clamabant: *Wî hafwe syndat H&Kanom!* (ut est in Hebr. & versione Luth.) *b. e.* contra Dominum, ut recte h. l. Fennica versio: Sic & Sverica in *2. Sam. 12: 13.* Non saltem in conspectu ejus peccavimus, sed quod gravius est, contra divinam ejus Majestatem, mandata ejus transgrediendo, *Psal. 51: 6.* & idola colendo, *1. Sam. 7: 3. Deut. 32: 5. 6.* (5) *Pia obedientia*; *Och så dömdes ic.* Non nunc, quod postea faciunt, *1. Sam. 8: 5.* Judicariam potestatem Samuelis averabantur, sed in veræ pœnitentiæ indicium & initium, obsequenter admittunt Propheticum Samuelis zelum *1. Sam. 3: 20. 22.* & rigorem, quem ut Judex excercebat, in extirpanda idolatria & restaurando cultu vero, *1. Sam. 7: 3. 4. 5.*

*Ufus*: (In genere fiat gravis admonitio & institutio ad veram pœnitentiam.) Inprimis hoc agendum, ne pro solenni ac pia congregatione, diebus sacris, regnet apud nos focors & superba segregatio a piis cœtibus, *Hebr. 10: 25.* Qui cœtus in textu nostro & alibi, ob peculiarem præsentia divinæ gloriæ commendantur, *Psal. 26: 6, 7, 8, 12. & 84: 2-5. Sc.* Ac quoniam S:<sup>a</sup> R:<sup>a</sup> M:<sup>tas</sup> in edictis suis, vi verbi divini, *Joël. 2: 15, 16, 17. Act. 2: 46, 47. Sc.* publicam mandat omnium, quibus per valetudinem licet, in locis sacris, hisce diebus pœnitentialibus, congregationem; exemplo Samuelis docet, Dei cultum solennem ea ratione fieri debere: Inde pariter monentur omnes; ne aliis temporibus sacris, pravo more cultum ordinarium ad loca privata trahant, neve omnem congregationem negligant; nisi cum dedecore Christianismi, minoris facere velint, tum festa, ante & post Christum in omni Ecclesia Dei, in memoriam ac salutarem usum beneficiorum Redemptoris, solenni pietate celebrata; tum ipsum *Diem Domini*, divino mandato sanctificandum, *Exod. 20: 8. Esaj. 58: 13, 14. Act. 15: 21. & 20: 7. 1. Cor. 16: 2. Apoc. 1: 10. Sc.* Promissio præsentia Christi, *Matth. 8: 20.* tunc obtinet, si fiat in nomine ejus congregatio, at talis ea non est, quæ præter ordinem in Ecclesia hactenus servatum, extra necessitatis casum instituitur: quemadmodum promissio exauditionis, *Job. 16: 23.* locum non habet, si oratio sit præter voluntatem ejus, *1. Job.*

359  
172  
s: 14. Et ut numerus minor, *Matth. 18: 20.* appositus, consolationi est illis, qui in morbis, persecutionibus, &c. Ecclesie communiōe publica carere coguntur; ita bene valentes, & in Ecclesia libera viventes, tenentur numeroſo concursu, cultu Deo grato, promissionem istam salutarem sibi reddere, *conf. B. Luth. in Gen. 28: 17. Tom. 9. Altenb. p. 884. & Tom. 8. p. 370. seq.* quo spectant etiam quædam in Epistola ejus *von Winckel predigern. Tom 5. p. 966. seqq.* Ex ritu effusionis aquæ monemur, cor nostrum seria peccati agnitione & detestatione, cum devotis precibus inter copiosas lachrymas effundere, *Psal. 42: 5. & 142: 3. Tbren. 3: 48, 49. Luc. 7: 38. & 22: 62.* vitam nostram momentaneam, vera humilitate considerare, *Hieob. 14: 11, 12. Psal. 90: 5. Jac. 4: 14.* & orare, velit Deus peccata nostra in profundum maris mergere, *Miech. 7: 19.* nos à peccatis abluere, *Psal. 51: 9.* propter divinam aquæ & sanguinis Jesu Christi effusionem, *Job. 19: 34. 1. Job. 1: 7. Apoc. 7: 14.* Jejunium Deo acceptum, servandum est, non solum externa à cibo abstinentia, *Jer. 36: 9.* etiam in Novo Test. usitata, *Act. 13: 2, 3. & 14: 23. Sc. vid. Homil. 1676. die III. Conc. 2. Membr. I.* sed imprimis, abstinendo à peccatis, *Esaj. 58: 3-7. Joel. 2: 12, 13.* ut orationi & celebrationi nominis Divini, nos tradere possimus, *Nehem. 9: 1, 4, 5. Dan. 9: 3, 20.* & bona nostra pauperibus impertire, *Act. 10: 2, 30, 31. (vid. Chemnie. Exam. Concil. Trident. p. 751. seqq.)* Necessaria vero maxime est *Confessio seria*, *Judic. 10: 10, 15. Ps. 32: 4, 5. conf. Homil. An. 1676. Die III. Conc. I. Membr. 3.* Ac denique urgenda *prompta obedientia*, non differri, nedum negligi debet studium veræ pietatis, *Matth. 3: 8, 10. Tit. 2: 14.* Quando Dei spiritus per ministros suos nos redarguit, *Job. 16: 8.* ne simus pervicaces, *Hos. 4: 4.* sed mature sequamur monitum Dei, *Heb. 3: 7-13.* & agamus poenitentiam, *Syr. 5: 8. & 18: 22.*

II. *Probationem*: v. 7. In opere poenitentiali constitutos Israelitas adoriuntur Philistæi: vel quod suspectum habebant hunc populi devicti congressum, verentes ne novi aliquid molirentur; vel quod illos in poenitentia negotio inermes, & animo ut putabant, dejectos, facilius vinci posse sperabant, vel alia aliqua causa instigabamur. Deo tamen permittente, sic probata fuit Israelitarum Resipiscencia, an esset seria vel hypocritica, *Hos. 7: 14, 15, 16.* Satrapæ Philistæorum erant quinque, potentes satis, *Jos. 13: 3.* & in proxime præcedentibus pugnis, Israelitis superiores, *1. Sam. 4: 2, 10, 11.* à Deo in vicinis terris relictæ, ut per illos populum suum probaret & exerceret, *Judic. 2: 21-23.*  
U 3: 1-4.

300  
Ufus: Admirando consilio Divino id fidelibus accidit, quod cum aliqua incrementa habeat eorum pietas, vel nobili aliquo indicio inelarescat, mox subjiciantur novis sive tentationibus, sive periculis, sive adversitatibus, *Psal. 66: 10. Syr. 2: 1.* Cum fides Abelis sacrificio inclaruit, mox habuit fratrem adversarium, *Gen. 4: 5.* Postquam Loth hospites coelestes exseperat, statim scelesti cives domum ejus nefando furore circumdederunt, *Gen. 19: 3. 4.* Post Paschalia Israelitarum sacra, & triumphalem, Deo duce, ex Aegypto egressum. *Exod. 12: 28. 42.* in angustias acti sunt a Pharaone, *Exod. 14: 10.* Fiducialem per mare rubrum transitum, *Hebr. 11: 29.* & suavissimas Dei laudes, securam amaritudo aquae, *Exod. 15: 23.* & fames. *Exod. 16: 3.* Mysticam per manna cibationem, intercepit penuria aquae: & quietis sabbathicae mandatum, excepit imperus crudelis Amalekitarum, *Exod. 16: 5. 17: Deut. 25: 17. 18.* Quo maturiora & frequentiora peregit Hiobus sacrificia, eo propinquior ejus calamitas, *Hiob. 1: 5. 12. conf. Eccles. 9: 2.* Summus Sacerdos coram Deo stans, instauraturus Ecclesiam, ad dextram habuit Satanam sibi adversantem, *Zachar. 3: 1.* Et ut Jesus noster in omnibus vult esse fidelibus solatio, *Hebr. 4: 15.* Ita & ipse hunc ordinem subire voluit, *Marc. 1: 11-13.* Cum pijs vero illum morem frequentissime servat Deus; (1) Ut tanto firmiores agat radices eorum pietas, *Psal. 81: 8.* Quae Israelitarum felicitas in textu apparet. (2) Ut pluribus experimentis Deo gratiores fiant, *Gen. 22: 12. Esa. 48: 10. 2. Cor. 4: 17. 1. Pet. 1: 6. 7. Jac. 1: 2. 3.* (3) Ut fides eorum magis pateat, *conf. Gen. 32: 2. 6. 7. 24. 25. 28* (4) Ut eo melius liberentur a peccati sordibus, *Jer. 9: 7. Zach. 3: 3. 4. 5.* (5) Ut a superbia custodiantur, *2. Cor. 12: 7.* Verum quoniam nos ex primi diei textibus, & omnium nostrum confessione, arguimur peccatorum quae iram Dei accendant, quomodo gratiosa probatio, exemplo Israelitarum, ad nos pertineat? Respond. Proponitur, (a) In consolationem piorum, ne despondeant animum, dum per iteratos & auctos dies poenitentiales, vident mala non minui, Postquam Anno 1675. quartus additus dies solennis, tempore comitiorum; & annis sequentibus, unus semper maturior reliquis celebratus: Exinde magis quasi instigati hostes, fervidius & maturius nos aggressi sunt, ut Philisti Israelitas, diem suum poenitentialem in Mizpa celebrantes. Sed pergamus cum pia V. T. Ecclesia in respiscendo, & felix nobis erit successus, ut post videbimus, *Hebr. 10: 36: 37.* (b) In emendationem omnium. Deus textibus primi diei mala minando terreat. Nunc exemplo miraculose post poenitentiam auxilii, & nos ad veram respiscentiam allicit, *Psal.*

88. 14. 15. 2. *Peet.* 3: 9. (γ) Equidem pauci nostrum cum poenitentibus Israëlitis comparandi, pia tamen observatione dignissimum est, quomodo Rex noster clementissimus, cum juventutis annis, insignes pietatis gradus acqvirens, & ritu unctionis divino consecratus, mox vicinos habuit hostes; eodem plane modo ac David statim *post unctio- nem*, hostes habuit vicinos Philistæos, ad occidentem habitantes, 2. *Sam.* 5: 3. 17. & postquam Rex serenissimus, divina ope, una alterave pugna, hostem unum profligasset, mox plures quasi invidentes illi gloriam, quam ut David, 1. *Sam.* 18: 7. post primam pugnam tulit, unitis diversarum gentium armis, Eum aggressi sunt; sed Gloria Altissimo, qui pro illo pugnante, id egit quod olim pro Davide, 2. *Sam.* 5: 20. 24. 25.

III. *Successum*: Triplex hic notatur, (1) *Fiducia in Deum*. Israëlita ad primam de hoste famam, timebant, v. 7. verum poenitentes, facile se erigebant, & legitime per Dei ministrum, divinum auxilium quærebant, v. 8. Veræ poenitentia verus fructus, *Deut.* 4: 29-31. 2. *Chron.* 6: 37-39. *Luc.* 15: 18. *Ec.* (2) *Sacrificium in fide*. Tulit Samuel, et fert *lamb*/ Hebr. & Luth. et *Widol* *lamb.* v. g. b. e. agnum lactentem, (ut bene Fennica,) *Exod.* 23: 19. Sed qui ultra ostiduum vixit, *Levit.* 22: 27. Obtulitque Propheta et *heet Drännoffer*. Vere *holocaustum*, b. e. Sacrificium totum igne consumtum, et *Heeloffer* / *Psal.* 51: 21. secundum ritus sacrificales, *Levit.* 1: 12. 13. Quodque pro populo poenitente oblatum, Deo gratum erat intuitu oblationis Christi, agni Dei immaculati, *Esa.* 53: 7. *Job.* 1: 29. *Ephes.* 5: 2. 1. *Per.* 1: 19. *Apoc.* 13. 8. Quemadmodum Israëlita vera fide quoque circa *Dielpestenen* / 1. *Sam.* 7: 12. respiciebant Christum lapidem angularem, a quo omne auxilium, *Psal.* 118: 21. 24. *Esa.* 28: 16. *Ec.* Sine poenitentia populi, ingratum fuisset sacrificium Samuelis, *Esa.* 1: 11. *Ec.* per poenitentiam vero fuit acceptissimum, quamquam nec a Sacerdote ordinario, nec in loco debito factum. Erat in hoc casu, circa utrumque divina dispensatio, ut *Judic.* 6: 19. 1. *Sam.* 16: 5. *Ec.* (3) *Benigna exaudirio*. Oravit Samuel pro populo, v. 9. id partem officii sui ducens, 1. *Sam.* 12: 23. Respondit Deus potenti ope, 1. *Sam.* 7: 10. 11. Magna certe vis est intercessionis, a viro pio facta, *Gen.* 18: 7. *Jac.* 5: 16. *Ec.* Verum non pro impoenitentibus, *Jer.* 15: 1. 1. *Job.* 5: 16. quod & serio inculcat Samuel, 1. *Sam.* 12: 20. 21. 24. 25.

*Ufus*. Si hisce diebus & alijs, cum vera fiducia & spe auxilii, Deum quærere volumus, necessaria nobis est seria respicientia, modis *membr. R. ex v. 6.* monstratis, imo exemplo Israëlitarum v. 4. peccata ab-

369.  
ta abjicienda & detestanda, *Esa. 1: 16-20.* Alias sine poenitentia ex sacrificio Christi pro nobis praestito, nullum nobis solatium superest, *Hebr. 10: 26-29.* Nec spes exauditionis esse potest, *Job 9: 31.* Nec auxilium expectandum, *1. Sam. 12: 15; Conclufio ex 1. Job. 5: 14. 15.* *Votum. P/al. 38: 22. 23.*

## CONCIO II.

*Parasc. Esa. 58 9.* benigna promittitur exauditiō poenitentibus, de quibus *v. 6. 7.* Post institutionem de vera respiciētia ex *1. Sam. 7.* sequitur nunc ex Textu altero, de ejus fructibus, spe ac fiducia in Deum.

### TEXTUS *P/al. 35: v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*

**E**xord, *Zephan. 3: 11. 12.* Prophetia est de Novi Test. Ecclesia, cujus membra in oculis mundanorum vilia, *Luc. 12: 32.* externa confidentia instrumenta *Jer. 7: 4.* abijcerent, hic *v. 11.* & Deo soli adhererent *v. 12.* Illi qui potentia aliqua sua superbiebant, ac praerextu verae religionis, & non sincero ejus usu, progressum sibi pollicebantur, *stāte Delgon; Hebr. exultantes superbia,* tollendi sunt, *Esa. 30: 16. 17. ut populus afflictus ac tenuis,* uni Deo confidere discat, *Jer. 9: 23. 24. Zach. 13: 9.* Videamus itaque in textu.

(Propof.) Qualis sit poenitentium animus in adversis.

Votum *P/al. 25: 15. 16.*

Aliqua in hoc Psalmo a *v. 11.* usque ad finem, conveniunt cum, *Pf. 22; & hic v. 18. cum Hebr. 2: 12.* Ideo quidam Patrum & Theologorum, de Christo illum intelligunt, quandoquidem & ipse, *v. 19.* ad se applicuit, *Job. 15: 25.* Proinde solidiori respiciētia id agamus, ut simus vera Christi membra, *Iob. 15: 4. Eph. 5: 30.* & sic quilibet poenitens in adversis.

I. *Auxilium à Deo sibi implorat: HËrre trätt/ etc. v. 1.* Ope tua justitiam causā meā ostende, *1. Sam. 25: 39. 1. Reg. 8: 32, 45. P/al. 74: 22. Thren. 3 58 &c. Suijch/ ic.* quoniam mea causa, Tua est, vires autem mihi nullae. *1. Sam. 17: 47. Nebem. 4: 20. Zagh Sfsid och Spiut/ v. 2.* Hebr. *Clypeum & scutum,* hoc alterum armorum genus, erat grandius aliqvod, totum tegens corpus; & sic recte redditur, *Pfal. 5: 12.* Hæc autem arma, Deo per morem humanum à Davide tributa sunt, ut ostenderet tutissimè se à Deo protegi, *Pfal. 18: 3. & 91: 4. &c. Och star vp/ ic. b. e.* insigni adjutorii opere, Te praesentem monstra, *v. 22, 23. Num. 10: 35.* Ut heros ad pugnandum, *Pfal. 68: 2.* ut vindex oppref-

363  
174

oppressorum, *Psal. 82: 9. Esaj. 33: 9. 10.* Dragh fram Glasweti/ Hebr. *lauceam*, 1. *Sam. 13: 22.* h. l. notat vindictam Dei fulminantem, *Psal. 18: 15. & 44: 6. Habac. 4: 11.* Och bestyddda / Vox Heb. *Segor*, convenit cum *ovxax*, acinace, gladii genere: (ita *Glassius & alij multi.*) Ac elegantir sicut v. 2. duo defensiva arma, ita v. 3. duo offensiva, Deo tribuuntur, *contra persecutores Davidis.* Gladius sapius est vindictæ ac iræ divinæ symbolum, *Deut. 32: 41. Esaj. 27: 1. & 34: 5, 6.* Ex hac divina defensione, internam fiduciam posseit: *Sågh til mina Sidh/ iagh ärtin Hielp.* Hebr. *Ego (Jeschuatek) salus tua.* h. e. quod tu sis Jesus meus, à quo omnis felicitas temporalis ac æterna, *Gen. 49: 18. Exod. 15: 2. Psal. 21: 1. &c.* fac ut id in corde meo intimè sentiam, *Psal. 56: 10. Rom. 8: 16. 2. Cor. 1: 22. 1. Job. 3: 20, 21.*

*Ufus.* Corde vere pœnitenti, cum Davide oremus, velit Deus causam nostram defendendam fuscipere, *Psal. 54: 3. 1. Sam. 24: 16. Psal. 119: 154.* nos protegere, *Pf. 7: 11. & 7: 52.* pro nobis pugnare, 2 *Chron. 20: 12, 15. Psal. 57: 4.* hostes nostros oppugnare, *Psal. 5: 8, 10. &c.* Ut Deo Trinuno omnis tribuatur gloria, quod ille sit adiutorium nostrum unicum, *Gen. 15: 1. Deut. 33: 29. Esaj. 43: 3.*

*II. Hostibus pœnas à Deo denunciat.* Verba textus, v. 4, 5, 6, 7, 8. in versionibus nostris, ut in aliis fere omnibus, in modo (ut vocamus) optativo, sensum habent imprecatorium. Verum simplicem indicativum, futuro tempore in sensu Prophetico, optimè admittit textus Hebræus; quem sensum, mitis Davidis animus requirit, 1. *Sam. 24: 12-16. & 26: 10, 23, 24. &c.* postulant eundem alia scripturæ dicta, *Levit 19: 18. Hiob 31: 29. Prov 24: 18, 19, 30. Matth. 5: 44. &c.* Eumque exigunt prima, media & ultima hujus Psalmi verba, quibus Rex pius, Deo causam suam omnem committit, v. 1, 10, 23, 28. Sic quæ lingua Davidis, in eadem ac hic, forma Grammatica profert, ea rectissime in futuro indicativi translata sunt, *Psal. 21: 9-13.* quod & hic fieri potest. Vidend. vero

(a) *Hostium qualitas.* Non fuit negotium Regi ac Prophætæ, cum inimico leviter irato, vel ab illo provocato, vel alias æqvitatibus moderamine tractabili; sed hostes habuit, (1) *Crudeles*, v. 4. *qverentes animam meam*, i. e. vitam, ut eam tollant, *Psal. 63: 10.* efferatus eorum animus, & sitis ardens, non nisi sanguine meo extingvi potest, *Psal. 54: 5.* & donec hoc obtineant, *Willia dhe migh ondi/ mitt wårsta/ Psal. 71: 24.* Omnes suas cogitationes, machinando unice in ruinam meam convertunt, v. 15, 16, 20, 21. *& Ps. 38 13.* (2) *Inqvissimos*, *vihan*

*Saak!*

Saal / vthan Skuld v. 7. 11. vthan Skådl, v. 19. Psal. 28: 3. 4. 5. Nulla injuria, neque offensione aliqua, a me sunt laceffiti, sed potius beneficiis meis ad benignitatem invitati ac obligati, v. 12. 13. 14. 1. Sam. 19: 4. 5. & 20. 32. & 24. 18. &c. (3) *Insidiosos*, stått sin Mådt v. 7. *Ocularunt perniciosum rete suum*, interitum meum qværent, sed ut aucupes, omni astutia & insidiarum technis, ut tanto citius ac certius capiar, Ps. 9: 16. & 10: 9. Ier. 18: 22. Grafvetic. foveam latentem effoderunt, Ps. 7: 16.

(3) *Talium hostium pæna*, justissime illis a Deo infligendæ. (1) *Confusio*, v. 4. *The skola stämmas och warda besportade* v. 26. Ps. 40: 13. &c. (2) *Fuga*, v. 4. *The skola wända til rygga / och warda til Stam / Psal. 6: 12. & 9: 4. Ier. 46: 5.* (3) *Dissipatio*, v. 5. *The skola warda som Agnar / ic. Hof. 13: 3.* Significantissima comparatio impiorum cum paleis, in Scripturis freqvens, *Hiob. 21: 17. 18. Psal. 1: 4. Matth. 3: 12. &c. Och Hækrans Angel skal boredrifwa v. 5. Skal sörfölja them v. 6.* Quemadmodum turbines dissipant paleas, sic Angeli, Spiritus fortissimi, a Deo missi, *Psal. 103: 20. & 104: 4. hostes piorum dissipabunt 2. Reg. 6: 17. & 7: 6. & 19: 35. &c.* (4) *Lapsus*, v. 6. *Och theras Wågh skal warda Wdrer och Sliprigheeter / Ier. 23: 12.* Omne eorum institutum, & omne opus, (id enim valet vox *via*, *Psal. 1: 6. &c.*) nihil nisi infelicitas erit & ruina, *Exod. 10: 22. 23. & 14: 20. 23. Deut. 28: 28. 29. Psal. 73: 18.* (5) *Exitium certissimum*, v. 8. *Sörödelsen / then han eij weet aff / skal komma öfver honom: Singnli hostium meorum sic peribunt, Prov. 1: 27. Esaj. 17. 12. 13. Och hans Mådt / som han lönliga stått hafwer / skal fånga honom / och medh Sörödelse skal han falla der vthi. Ps. 7: 17. & 37: 14. 15. & 57: 7. Prov. 5: 22. & 26: 27. Eccl. 10: 8. Syr. 27. 28. 30. 1. Thes. 5: 3.*

*Ufus.* *Necessaria hic adhibenda cautio, qvalis sit animus noster contra hostes nostros: Vide diei 4. anni 1677. Conc. 1. membr. 2. ubi plurimis S. 2. S. 2. dictis & exemplis ostensum, qvod ejusmodi sanctorum verba, qvæ imprecatoria videntur vel Prophetice prolata sint, vel alias ita se habeant, ut illa imitari non debeamus contra hostes privatos; nec contra publicos, si a nobis laceffiti fuerint; nec contra eos qui nos aggrediuntur, si corrigibiles sint; nec contra incorrigibiles, malorum æternorum imprecatio dirigenda. Verum si aliquando, ut in textu, talia verba proferimus, animus ab omni vindictæ cupidine liberandus est, & postquam de peccatis nostris vere respuerimus, firmumque apud nos sit propositum, Deum in posterum sincero studio colendi, justitiæ divinæ causam nostram respectu hostium, commitemus, Psal. 18: 48, 49, 50. &c. Imprimis, si propinquam speramus auxilium divinum, tanto minus tunc accendemur ipsi, crudelis vindictæ fer-*



fervore, quoniam Deus agit causam nostram, *Psal. 37: 27, 28, 34. Esaj. 58: 8, 10.* Ne si ipsi immoderato ferveamus ulciscendi ardore, iram Dei in nos convertamus: tunc certissime, si inter hostes aliqui pii Christiani vivunt, *Psal. 69: 26, 28. Esaj. 47: 6, 10, 11. Zach. 1: 15.* sed bene utamur divino adjutorio, & moderatione hostes vincere allaboremus; *Carbones ignis congregabis super caput inimici; non in maledictum & condemnationem, ut pleriq; existimant, sed in correctionem ac penitendum, ut superius beneficiis, excoctus fervore charitatis, inimicus esse desistat;* inquit Hieronymus, & post eum saniores interpretes alii, ad *Prov. 25: 21, 22. & Rom. 12: 21.* Quod si omnino quæramus objectum aliquod iræ nostræ, sic illud ipse Diabolus, antiquissimus & irrecconciliabilis humani generis hostis, is inimicos nostros reddit crudelēs, immites ac insidiosos, *Job. 8: 44. 1. Job. 3: 8, 10.* Deum orabimus ut illum increpet, *Zach. 3: 2.* eumque sub pedibus fidelium conterat, *Rom. 16: 20.* ut tandem in vera fide ac mutua charitate coallescant Christianorum animi, *Psal. 22: 28. Eph. 4: 13. &c.*

III. *Veram latitiam in Deo sperat. v. 9, 10. Frögde sig i*  
**H**æranom/ verum ac intimum gaudium, in Deo ipso, *Psal. 5: 11. Phil. 4: 4.* non tam de victis hostibus, quam de bonitate Dei nos liberante; *See lust på hans Rådhi/ Mich. 7: 9.* de justitia ejus, hostes puniente, *Jer. 17: 20.* ac de gloria ejus, in utroque manifestata, *Psal. 97: 8, 9. 1. Cor. 11.* *Uff hans Hielp/ v. 9.* Hebr. *Exultabit in salvari ejus.* Deus salus nostra, antea ut fundamentum consolationis rogabatur, *v. 3.* nunc ut causa veræ exultationis celebratur, *Luc 1: 47. All min Deen/ ic v. 10.* se totum sine dubio intelligit, animam & corpus nominat, *Psal. 84: 3.* sed hic mentione facta *offsum*, ostendit tam vehementis ac solidum esse gaudium, quod ossa, antehac perterrefacta, *Psal. 6: 3. & 38: 4.* latificaret, *Psal. 51: 10.* imo tam firmum esse, quod & ossa exhilararet, ut, etiamsi nihil membrorum præter illa superesset, *Hioh. 2: 5. & 33: 19.* dicerent: *Hvæ hoo dr tin lütte? Qvå sicut in Domine?* Dei bonitatem, potentiam, majestatem, &c. in Deo infinita esse, ostendunt ejusmodi interrogationes, *Exod. 15: 11. Psal. 89: 7. & 113: 5.* nomine Dei quoque prolata, *Esaj. 44: 6, 7. Jer. 49: 19.* Et quamquam omnia Dei opera incomparabilia sunt, *Psal. 106: 2.* unicum tamen hic celebratur, at *han hielper the Glånda och Sattiga.* Deus majestate singulari, potentiam ac justitiam suam, contra iniquos oppressores, & gratiam suam erga afflictos, exercere solet, *Psal. 12: 6. & 62: 12, 13. & 71: 19, 20. Esaj. 33: 1, 2, 3. & 49: 25, 26. Jer. 50: 33, 34. & 51: 36. &c.* Et observatione dignissimum

